




## CANTUM PIERI

(Latina versio a Lucia Mattera omonimi Carminis Fabricii De André)



Dormis sepultus in frumenti campo,  
non est iam rosa, non tulipana,  
at pro te vigilant ab umbra sulcorum  
milia papavera rubro colore.

*“Lucios argenteos velim videre,  
non iam Cadavera quae in fluvium mersere”.*



*Ita dicebas, erat in hieme  
ad loca inferna nunc ingredieris,  
animo tristi quippe quem piget,  
dum ventus algidus inicit nivem.*

Conside, Piere, conside nunc,  
te volvat ventus huc et illuc,  
mortuorum in pugna fer in te vocem,  
qui dedit vitam accepit crucem.



Iter faciebas in ima Valle,  
vidisti hominem passim errantem.

Erat is miles eodem corde,  
habitus tamen adverso colore.

Caede eum, Piere, caede eum nunc,  
Post ictum vulnera, vulnera hunc,  
donec eius vultus fiat totus exanguis,  
donec eum tegant humus et sanguis.



« At si vulnvero in cor aut in frontem,  
vix ei supererit ad extremam mortem,  
tempus mihi restat ut possim videre  
oculos hominis in morte teneri>>.




Eras intentus in meditatione,  
ille te videt, in praeda timoris,  
arma impugnabat ad suam defensionem,  
non gratiam refert suo commilitoni.



tu ipse sensis uno momento  
tempus deficere, non satis tibi  
ut petas veniam omnis deliqui.





<<Ninetta pulchra, utinam moriar  
in primo Vere, inter laetos flores...>>.

Dormis sepultus in frumenti campo,  
non est iam rosa, non tulipana,  
at pro te vigilant ab umbra sulcorum  
milia papavera.... rubro... colore.

